teſtimoniis illuſtratum prodiit Schleuſingae A. 1632. 8.

15. *Nundinae Scholaſticae ſ.* Kauffmänniſche Schul-Predigt / *ex Sir L. 31. Schleuſingae A. 1607. 4.*

16. *Silobis, pullus Aſininus,* Predigt/als der Satan einer Hexen den Hals umgedrehet/ Schleuſingen/ *A. 1609. 4.*

17. *Epiſtola Graeca Amphilochii ad Seleucum, per Zehnerum, Schl. A. 1609. 8.*

18. *Nomenclator Latino-Germanicus, Schleuſ. A. 1609. 8. recuſus Lipſiae A. 1651. & A. 1663. 8.*

19. *Explicatio Arboris Conſanguinitatis & Affinitatis, Schleuſingae A. 1609. 8.*

20. *Epiphanii liber de Vitis Prophetarum, cum verſione & Scholiis Zehneri, Schleuſingae A. 1612. 4.*

21. Fünff Predigten von Hexen/ *Lipſ. A. 1613. 4.*

Bibliothecam Schleuſingenſem incrementa accepiſſe a libris Ioachimi *huius &* Samuelis, *infra recenſendi,* Zehnerorum, *nec non* M. VVolfgangi Seberi, *(ita enim legendum eſt in Dn. Struuii Introd. ad Notit. Rei liter. & Bibliothecarum p. 32.) Dn. Iunckerus memoriae prodidit in Commentatione Epiſtolica de Statu Bibliothecae Gymnaſii Schleuſingenſis, quae in Nouis Literariis Germaniae menſ. Aug. 1703. inuenitur; nam uti* Seberus *iam dictus, & infra itidem exhibendus, de inſtauranda in melius Bibliotheca illa cogitauit ſemper, & ipſam ſuam Gymnaſio legauit per Teſtamentum: ita ab A. 1636. aucta eſt eadem illa Gymnaſii Bibliotheca libris* Zehnerorum, *ſumtu publico comparatis, & aliis adhuc deinceps affecta eſt ornamentis.*

Quod ad ſtudium Ioachimi *attinet, in Lectionibus Theologicis*